

ACADEMIÆ HASSO-GISSENÆ,
RECTOR
P E T R U S **abertorn /**
S. Th. D. & Prof. P. R. **eliquique Omnes & Singuli Professores**
& Proceres Academicæ.
OMNIBUS ET SINGULIS STUDIOSIS
S. P. P.



Labor indefessus omnibus in quocunque Societatis humanæ statu incumbit, ut inde rectè, consentiente & præeunte Ecclesiæ c. 6. v. 7. Timotheus apud Stobzum dixerit: *Ἄνθρωπος ἐστὶν ζῷον κοπιῶν*, id est *Homō naturæ est laboriosum animal*. Cui labori honestè agentium Deus suam benedictionem addidit: *Nec labor in domo nostra in vanum erit*, sed magna inde utilitas Bono publico accrescit, & Gloria Dei periculum latè diffunditur, & fama nostra propriè tam fast illum permanet. Quod si cum labore aliquid honestum fecerit, labor quidem abit, at honestum manet. Sicut è contrariò si ubi cum voluptate aliquid fecerit, voluptas transit, turpitudine autem inde enata manet. Illa ergo Ecclesiæ est omni encomio extollenda, in qua *Attulit nulli labori mercentes nec ullo sudore superfluentes*, verbum Dei prædicando, monendo, increpando, sacramenta dispensando, & quæ sunt officii Ecclesiastici sui partes acriter exequendo, *luxuriam, avaritiam, incontinentiam, iracundiam, iracundiam, iracundiam, iracundiam*, in ea illud veterum proverbium locum habeat: *In templo non avariam est subbasium*. Illa Republica, *Dicastrum* illud, *Regimen* illud, *Curia* isthæc est omni commendatione dignissima, in qua *Justitiæ pædagogum strenuè exercetur*, Salutis & commodi publici studium servet, fontium poenæ calent, insontium verò defensionis spumat, Curæ pacis conservandæ succurrunt. *Oeconomia* ista insigni felicitate & fertilitate suâ abundat, & egregiam simul meretur laudem, quæ nulli otio in se locum concedit, sed in qua *omni operam mentis præter officium suum omni cum diligentia peragitur*, Mater domus suæ summâ cum vigilantia præest, & uterque rebus suis augendis summo per se intendunt *omni operam mentis præter officium suum omni cum diligentia peragitur*, liberorum educationis ratio accuratissima habetur, & nulla hora sine lineâ laboris alicujus *omni operam mentis præter officium suum omni cum diligentia peragitur*, quod semper rei domesticæ incrementum aliquod conciliatur.

Illa eodem modo *Academia* laudatissima est & nobilissima Studiorum & Literarum solidioris ædificiorum, quæ omnis generis Scientiarum, humano usui accommodatissimæ, non solum venales exponuntur, verum etiam in horas diligentissime docentur & expoluntur. In quocunque, Lectiones concatenato se invicem insequuntur & excludunt ordine, Auditoria tam docentium, quam discipulorum sudore incalescunt, Collegia Artium bonarum clamore & strepitu personant, Disputationes publicæ & privatæ inebrescunt, Scripta publica olent lucernam, & omnia, spumantia ora & colla tenere videntur. In tale omnino Athenarum Patentes filios suos certè eruditionis spe, ab ipsis consequenda, tuto transmittunt, & ad illud Studiosi, qui solidæ Literarum cupidus sunt se conferre possunt, confisi, quod à scopo suo haud aberraturi, verum illum ad nutum suum apprehensuri sint.

Cum ergo præteritæ hyemis spatium in hac *Academia Hasso-Gissenæ*, omnes horum Lectionibus suis publicis usque ad nundinas hæc vernaes efferbuerint, ut vix una & altera, per negotia tamen graviora, intermissa fuerit: Inde nunc Lectiones instanti æstate tractandas ad valvas hujus Templi, imò totius Mundi suspendimus, parem pollicentes industriam, futuro tempore tam publicè, quam privatim continuandam. Ne autem Nobis strenuè laboraturis, Studiosi se segnes exhibeant, sicut sæpè hæcæ aus contigit, ut, *qui sanum simulant, multi, sed rari arator* fuerit: Idcirco omnes singulosque, qui studiorum causâ huc confluentem appulerunt, admonitos velimus, ne raritate, aut neglectu suo, Labores nostros frustrancos efficiant, verum suo fervore & audienti desiderio nostram diligentiam excitent, eamque acriorem reddant. Hoc pacto Deum habebunt propitium, Parentibus. Optimis satisficient, & tempus unâ cum futuris rectissime collocabunt. Dab. Gissæ sub Sigillo Maj. d. 9. April. Ann. 1671.

IN FACULTATE THEOLOGICA,

PETRUS *abertorn*, S. Th. D. & Prof. P. p. r. Rector, quia præteritâ hyeme Tractatum de S. Eucharistiâ, propter brevitate temporis, Materie prolixitati non adæquatam, absolvere non potuit, Hæc æstate instanti, quantum per negotia Academicæ publicæ, licebit, eandem Materiam continuabit, & ad finem perducet, ad alia Dogmata postea progressurus. Collegium Theologicum privatum Disputationum aperiet sive Anti-Jesuiticum, sive Anti-Calvinianum, sive Anti-Socinianum, pro Auditorum libitu. Disputationes publicas Theol. itidem continuabit.

JOH. NICOLAUS MISLERUS, S. Theol. D. Ejus & *Hebr. Ling. Prof.* Theologiam Theticam exponet publicè; Exposita privatim subjiciet ulteriori disquisitioni; Additurus Hebraicam libri Propheciæ analysin methodo fructuosâ.

PHIL. LUD. HANNEKENIUS, S. Theol. D. & Prof. Ord. publicè Locos Theol. D. Chemnitii præleget. Privatim contra seculum quendam ab Auditorio Antiquissimam disputabit. Annuat gratia JESU CHRISTI!

IN FACULTATE JURIDICA.

HARTMANNUS JACOBI, J. U. D. *Consiliarius intimus Hasso-Darmstadtini, Regimini & Academia Cancellarius & P. P.* Operam potro dabit, ut per Dei gratiam in omnibus Academicæ & Facultatis publicam utilitatem promouentibus negotiis, officio suo satisficiat.

GEORGIUS TULSNERUS, J. U. D. *Consiliarius Hasso-Darmstadtini, & Professor Ordinarius, Facultatis Senior*, à Serenissimo Principe ac Domino, DN. LUDOVICO, Hassæ Landgravo &c, quoad prælectiones publicas rude elementissimè donatus; in aliis, Academiam & Facultatem concernentibus negotiis, quantum per vires corporis licebit, suo non deerit officio.

ANTON-HENRICUS MOLLENBECIUS, J. U. D. & Prof. Ord. præterito semestri ea, quæ de connexâ Actionum materiâ exponenda restabant, publicè absolvit, & pariter Tit. insignem de publicis judiciis. Proximè, Deo annuente, amplissimam *Contrarium materiam*, utilitate & frequentia omnium principum, dilucidè explanabit, elegantiores hinc inde occurrentes questiones, præprimis quæ in foro usum habent, fuscidè enodaturus. Privatim denou aperiet Exercitium Disputationum, semestri spatio absolvendum; In quem finem elegit *Dissertationes Schobelianas*, ad quinquaginta libros pandet. singulari studio & concisâ brevitate ab Ampliss. Autore conscriptas, & nunc passim in celebrioribus Academicis, uti meruerunt, receptas & usitatas. Si

etiam aliud desiderabitur exercitium, Lectionum vel Examinatorum, faciet pro virili, ut cupide LL. juventutis desiderio satisficiat.

HENRICUS PETRUS *abertorn*, J. U. D. ejus Prior. & Academicæ Syndic. In publicis lectionibus celebriores Juris materias secundum sententiam Pandectarum explicare perget, uno tamen vel altero ejusque hebdomadis die inferet discursus de interesse Imperii Romano-Germanici. Intra privatos parietes disputatoria aperiet collegia, unum Suthollianum ad Instituta, alterum Wesenbecianum ad Pandectas. Neque de cætero intermittere desideris Dnr. Studiosorum in studio Juris pro lubitu se accommodare.

NICOLAUS CHRISTOPHORUS LUNCKER, J. U. D. *Consil. Sax. & Prof. Extraord.* absolutè per Dei gr. ad *Lampadis ductum*, integritate *Juris Publ. doctrinâ*, in posterum, præmissâ jam brevi introductione, ad *Institutionem Justinianæ, juri Privatum* exponet: additis ubique *Legum*, quas ab *rogatas* vulgo appellant, *vindictis*. Privatim Collegium novum *Pandectarum*, & si quibuscum placuerit, *Fendale* etiam, vel *Publici Juris*, instituet.

IN FACULTATE MEDICA.

JOH. TACKIUS, Phil. & Med. D. hujusque Prof. & *Archiatr. Hasso-Darmstadtini*, quousque in Aula commemorabitur, scriptis in publicum emittendis, consiliumque Medicis tam Hippocratico, quam Hermetico è fonte depromendis, suam Philatriæ præstabit opem. Ubi v. otium aulicum ipsi ad Acad. aperuerit viam, non cessabit, publicè privatimque pro Medicinæ Studio foris spe & expectatione suâ indefessè prætere operâ.

LAURENTIUS STRAUSS, Med. D. & PP. Præcticas lectiones juxta ductum Tabellarum D. Costeri, consuetè hactenus methodo, publicè continuabit: privatim Dnr. Auditorum captivi & desiderio se accommodare, *studium*, studebit.

MICHAEL *Stephan*, Phil. & Med. D. & Prof. Ord. temporis servituri Vegetabilium simplicium Facultates Publicè exponet, nec negliget Eorundem d. & aliarum Plantarum hic nascentium externam faciem locumque natalem opportuno tempore ostendere. Quod si Dn. Philiarum nonnullis Privata artifice Informatio, nec huic labori imponendo humeros subtrahat.

HIERONYMUS *Græti*, D. & Prof. Extraordinarius, quousque extra Academiam commorabitur, scriptis & Consiliis è Medicinâ depromendis suam Studiosis exhibebit operam. Postquam verò ad Academiam redibit, pro placito Dominorum Studiorum facili suam declarabit promptitudinem.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

KILIANUS RUDDAUFFIUS, Phil. M. Log. & Nat. Theol. Prof. P. p. r. *Pædagogarchia* & Decanus, in Lectionibus Publicis doctrinam de causis exponet, & si fieri poterit, ultima addet capita ex parte generali Metaphysicæ. Perget in Philosophia Theol. publicè disputando eumque Tractatam cum Deo absolvere. In privatis respiciet vota & desideria Dn. Auditorum, præprimis autem collegium habebit Regularum & Axiomatum Logico-Metaphysicalem.

M. JOHANNES *Wesli*, Mor. Civ. Prof. Ord. publicè in Politicis materiam de potestate ferendi & abrogandi leges, constituendi Magistratus, recipiendi extremam provocacionem &c, V. D. tradet; In Ethicis exercitationes recognitas disputando, in quantum penes illum est, continuabit. Privatim verò Politicum disputatorium, nec non Ethicum lectorio-examinatorium aperiet.

LAURENTIUS STRAUSS, Med. D. & Phys. Prof. Ord. In explicandâ parte Physicæ suæ Generali publicè perget: privatim verò eas eliger exercitationes, quæ Dn. Auditoribus præ reliquis ardeant.

M. HENRICUS PHASIANUS, *Historiarum & Elegantia Prof. Ord.* expositionem Sleidani continuabit, ubi in historia Romana primum se offerret *restauratio Imperii Occidentis* à Carolo M. facta. Quantum ad Oratorium, resolvet *Orationem in Livio occurrentem*, Et hæc quidem cum Deo proponetur publicè. Quod privata Collegia concernit, aperiet utrinque ea, quæ grata Auditoribus intellexerit & utilia.

FRIGERICUS NITZSCHIUS, J. U. L. absolutè præterito Semestri *Athenicâ doctrinâ Aristotelis* Aristoteli tam juxta antiquos quam novos munendi modos, ex fundamentis suis deductos publicè V. D. proponet. Privatim *Panto-Athenicam* Collegium cupientium desiderio satisfacet. In Jure Privato elegantissimum Dn. *Stranch. Insign. Antic. Systema Juris Privati*, XXIX. *Dissert.* traditum, cum sollicitum Collegio Disputationum pertractabit.

DAVID CLODIUS, Ling. Oriental. & Græc. Prof. Ord. ætate proximâ, juvante JOVA, publicè, primum Veti. Test. librum, Genesin quem vocant, aggredietur, eaque per Arin Grammaticam & Philologiam spectant, enodabit: Pro hoc, bis singulis septimanis, Evangelium Matthei Græcum subsuaver, eodè illud modo tractaturus: *Privatum*: Collegium Hebræum Grammaticum habebit, quo fundameta linguæ sanctæ, bene, et sufficienter explicabit, subnecto præceps jam imbuti ad perfectionem aspirant, modo hactenus insolito: Denique & Rabbinicum aperiet, in quo, præmissâ introductione ad Rabbinismum, methodo supra fidem facili & perspicua, Rabbinum aliquem quicumque maxime amiserit Auditoribus, expostitum est: Quod è Chaldaica, Syriaca, Arabica experti senserit, huic quoque desiderio non deerit, quin ex voto satisficiat: In disputando itidem sive publicè sive privatim, suum desiderium diligentiam non patietur.

GISSÆ-HASSORVM

Typi JOSEPHI DIETERICI HAMPELII, Academ. Typogr. Ordin.